

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

A. n. Ω.

Vt

AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE

& qui eruditum puluerem attigerunt

SCHAEFERIANAE LIBERALITATIS PRAECONIVM,

item

PARADOXAS

DE VITIIS IN INTELLIGENDO FREQVENTIBVS

declamationes,

nec non

Adolescentium humanissimorum & spectatae indolis

THEODOR. BERNHARD. LEHMANNI,
Bescou. Luf.

CHRISTIAN. JONÆ WERCKMEI-
STERI, Schenfliest. Neo-March.

BALTH. ERDMAN. HEINSII, Tribell. Luf.

e curriculo vmbritico in academias

studia sua translaturorum

orationes ad vale nobis dicendum comparatas

cras, Deo dante, finitis sacris matutinis

benigne audiant,

pro eo ac decet, rogat

&

EXERCITATIONEM

IN PETRONII LOCVM

DE CRVDIS ROMANORVM STVDIIS

IN FORVM PROPVLSIS

primitit

Jo. Gottfr. Zeiske,

rector lycei forani.

Sorsaix, Ianno Rothiano.

* * *



Aradoxa in medium producimus, & meletemata a communi opinione haud parum abhorrentia eruditorum censoriae subiiciimus. Vitia in intelligendo frequentia non decoramus praeconiis ipsa, sed in iis, quod aliquo excusamus, modo deprehendimus. Contra iis, que videntur ingentes virtutes eiusdem mentis, si homines improbius vtantur, larvam detrahimus. Nec mirum cuiquam videri debet. In depellendis intelligentia morbis qui formant ingenia, verfantur, recteque que sunt veri falsique confinia, ostendunt. Qvod si cui paradoxae displaceant, vel in paradoxon saeculum culpam conferat. Juuentus litteraria ex parte, ut nunc sunt tempora, non paradoxa tantum amat ac sequitur, verum ipsa etiam multis nominibus p̄syā d̄c̄jua est. Neque tamen nunc temporum nostrorum vicus tangimus. Tuitus est Romanum veterem lustrare & videre, quid causæ Orbilio Pupillo fuerit, cur Perialgo ederet a Suetonio commemoratum. Quin in primis nunc ad Petronium Arbitrum respicimus, judicii exquisitissimi hominem & vitiorum sua etatis censore acerrimum. Is haud procul ab initio Satyrici: Primum, inquit, sicut omnia spes quoque suas ambitione donant, deinde cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propellunt, & eloquentiam, quæ nihil esse malum conseruant, pueris induant aubac nascientibus. De parentibus scriptori venusto sermone esse, res ipsa loquitur & verborum contextus docet. Si ne dubio Romanorum mores nota. Nihil tamen impedit, quo minus reliqua Italiae & prouinciarum & que reprobentia queat instituta, quæ ab urbe principe in cetera oppida deflunt. Appositæ eam in rem Plinius: Viciensem vitia, inquit (l. 4. ep. 22.) intra ipsos resident, nostra late vagantur. Vique in corporibus, sic in imperio grauioribus est morbus, qui a capite diffunditur. Eequalis scriptor de oratoribus: quæ mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant. Dixeris de patribus Arbitro sermonem esse, ut quibus potestas regendi filiorum studia competit. Nec dubium tamen, quin matres ejam suauissimum filiorum amorem inductæ, vel horum blanditiae & r̄s̄b̄w̄ȳn expugnatæ manus rei admouere potuerint. Præcipue si vterque parentis litteris imburus fuerit, ut Quintilianus non longe ab initio in parentibus quamplurimum esse eruditio optat, & de patribus tantum se loqui negat. Huc pertinet, quod Satyricus dicit, illos nihil malum esse eloquentia confiteri, vnde conieceris, de eruditis agi hominibus. Quanquam etiam ignari artis de dulcedine ac præstantia rei iudicium ferre possunt. Non doctusmodo, aut auctor dialogi (c. 32.) de oratoribus. & prudens auditor, sed etiam populus intelligit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentie numeros esse, ut denique oratorem esse faciat. Quid igitur parentes? cruda adhuc studia in forum propellunt. Cruda vocat similitudine ducta a carnis, quæ coctæ non sunt, vel certe non satis coctæ. Crudum etiam est, quod stomachi calore vel quoconque fermento nondum concoctum est: vnde ipse homo crudus dicitur. Superior Plinius cruda & immixta adhuc poma quadam loco appellat, quæ maturitatem nondum consecuta sunt. Contra Gellius X. II. in frugibus & in pomis matura dicuntur, quæ neque cruda & immixta sunt, neque caducæ & decocta, sed tempore suo adulta maturataque. Ex ea similitudine intelligere licet, quid per studia cruda sibi velit Petronius. Notat immatura & intempestivæ, quæ, ut iterum ait noctium atticarum scriptor, præter sui temporis modum properata sunt. Vbi ad rem agendam non simul adhibetur & industrie celeritas, & diligentie tarditas, ex quibus duobus contrariis fit maturitas.

Au-

Auctor dialogi de oratoribus diceret, que intra unum aut alterum diem velut in herba vel flore precepta ad nullam certam & solidam percutunt frugem. Eiusmodi studia describit Dan. Heinrius orat. 18. cum adolescentes ita hortatur: tandem scopolum eorum consuetudinem caute ac morem, qui acerba studia ac immatura in rem publicam, in forum, in ecclesiam protrudunt. Nempe locum satyrici nostri ante oculos habuit & verbis ad rem idoneis expressit. Quid crudum sit, opinor, perspicimus. At maioris opera est ostendere, quænam fuerint ab antiquis necessaria habita, ut apud illud in eloquentia vitaretur. Hic quadam præmissi debent: grammaticæ, musica, poëticæ, siderum scientia, numerorum studium, linearis ratio, historia, immo philosophia. Quæ omnia Quintilianus tradit, egregius dicendi magister. Satis etiam clare indicat Arbitrus nostrar, quid opus sit. Quod si patenterent, inquiens, laborum gradus fieri, ut studioi iuvenes lectione severa mitigarentur, ut sapientie preceptis animos componerent, ut verba atrocij studio effoderent, ut quod vellent imitari, diu audirent, sibi nihil esset magnificum, quo pueris placaret; reliqua. Idem paulo post inferit carmine, quæ emblemata, quid requiratur, ostendit. At quantum hic desideratum Romanæ fuerit, docet Messalla in dialogo, quem citavimus (c. 29.) Transfo prima discentium elementa, in quibus & ipsis parum elaboratur. Nec in auctoribus cognoscendis, nec in evoluenda antiquitate, nec in notitia vel rerum, vel hominum, vel temporum satis operæ insamitur. Sed expetantur, quæ rhetores vocant. Queritur etiam Theon Sophista, sui temporis adolescentes compitores ad dicendi artem accedere, licet encyclici mathematici imbuti non fuerint. Contra veteres rhetoras neminem ad rhetorices sacra admittit, nisi aquariorum & phœniciorū φιλοσοφίας. In scholis postea rhetorum ita verlabantur vera eloquentia candidati, non ut fidis nec villo modo ad veritatem accidentibus controveneret, lingua modo & vocem exercebant, sed ut artibus maioribus peccus implerent. (dial. c. 31.) Neque exigitabant quenquam legitime studuisse, nisi per omnes eloquentias numeros iisset, nisi tanquam in aciem omnibus armis instruc̄tus, sic in forum omnibus artibus armatus exisset. (c. 32.) Cicero se ad caustas adiuste extrema Brutii sui parte referit, non ut in foro disceret, quod plerique fecerint, sed ut quantum efficere posset, doctus in forum veniret. Quæ Tullii fuerint initia, gradus, eloquentiae velut educatio, in pauca confert ista, quem ante dixi Messalla. At iam illo saeo in disertorum accionibus fœderat ac pudenda vita reprehendebatur. Eloquentia sine apparatu, sine honore, sine ingenuitate fere, quasi una ex Jordidissimis artificis dicebatur. Atque hoc disputatione Theon sentet, homines ne disciplinis quidem necessariis exercitatos ad forenses & publicas hypothēsēs prouolare. Huc propellebant parentes. Neque vero iuuenit culpæ plane exors erat. Quotus enim quisque scholasticorum, ait dialogus (c. 26.) non hac perfusione fruatur, ut si ante Ciceronem non numeret se, at plane post Gabinianum? Retulimus verba, prout emendavit C. S. Schurzleischius, v. Cel. in spicilegio animaduersionum. (p. 165.) Hinc petronianam loquendi rationem ad adolescentes interdum trahunt viri docti. Sic Canæus in Sardis venalibus: (p. 398.) Sapientiam velut aliquod artificium venale addiscunt, & iam semidocti crux adhuc studia procellant in templo. Parentum culpa fieri dicit nostrar, ut præcoce illi fructus protrudantur in forum. Ad pretorem ibant oratores multei, Nauti apud Ciceronem elogio digni; iudicem, arbitrum, recuperatores postulabant, apud centumuiros, in curia, pro rostris dicebant. Quam apte, quamque bene, dicat Plinius (1. 2. ep. 14.) andaces atque etiam magna ex parte adolescentali obſcuri a declamando huc transeant, tam irreuerenter & temere, & quæ sequuntur. Ante sua tempora aliud in more fusse grauitate docet, nunc, pergit, refractis pudoris & reuerentia clausis omnia patent omni-

omnibus, nec inducuntur, sed irrumunt. Scilicet parentes eloquentiam pueris
induunt adhuc nascientibus. Herculis cothurnos pusioni. Hec togas, haec or-
namenta, haec arma, his tanquam fascis porphyrogenitus excipitur. Mauile
vir doctus pro nascientibus, laetentibus, aut dentientibus aut vagientibus. Sed
nec illud nascientibus absurdum est. Hyperbole eodem modo intelligenda, quo
alterius scriptoris: propria & peculiaria urbis (Romæ) viae pœne in vetero ma-
trici concipi. Prouerbi speciem vrunkue prætere arbitratur Schurzfleischius.
Nunc causæ huius parentum consilii a Petronio allatæ explicandæ erant. No-
lunt liberos suis seueræ lege proficere. Spes suas ambitione donant. Ad vota pro-
perant. Poterant etiam effectus & exitus enarrari. Nunc pueri in scholis lu-
dunt, iuuenes rideant in foro, & quod utroque turpis est, quod quis perpe-
ram dicit, in senectute confiteri non vult. Sed satis est. Lucem quoque ali-
quam dabunt Muretus (vol. 2, orat. 9.) & O. Ferrarius in operibus variis (p. 94.)
Cum vulgo properent, properandum etiam nobis ad paradoxa nostra. Prius
tamen de laudatissimo LEGATO SCHÆFERIANO. Rector quidem vernacula
pro rostris scholasticis dicet. Argumentum academiarum francicæ hoc anno pro-
positum ad rem presentem accommodabit. Id erit: reatum diuinarum usum
sapientibus honori esse. Deinde Sam. Genfchen, Muncheberg, Meso-March, pro-
logi loco lingua lat. pro paradoxorum ueroa verba faciet. Ignorantiam laudabilem
gerim, sermone Georg. Muller, Sommerfeld, Luf. delineabit. Maximam scientiam
maxima inficitur Car. Gottlob Wicke, Elystrowerd. Misn. orat. lat. arguet. At
Jo. Christoph. Keppel, Grunberg, Sile. oblitus optabilis causam aget orat.
germ. & GENEROSISSIMI DOM. BALTHASARIS AB HEINZENAV Satra-
pæ quandam Petersdorffii, qui egregius post mortem duximus numero al-
umnorum insigni de vita prospexit, memoriam excitabit. Eiusdem misilia li-
brorum trochaico latino nunc quidem Erdm. Sigism. Heinßius, Sor. & simili felici-
tatem eorum, qui carent ingenio praedicabit. Tum Jo. Christian Meckelsch, Si-
gan. Sil. serm. lat. docebit, angustæ mentis esse, scientie modum non ponere. Ea-
dem lingua Christian. Gotthold Fetter, Rauscha Luf. rationem rationis expertem
demonstrabit. Multimus alia, quæ poterant addi de fragmentis fide dignis, de ma-
ximo eo preiudicio, si quis sine presumptis opinionibus se esse glorietur, de felicibus
erroribus, de stultitia fortunata, de precipiti cunctatione & cunctabunda pricipi-
tanta, ac similibus. Scepticum probabilem Theodor. Bernh. Lehmann, Bescou, Luf.
græc; caliditatem stultissimam eodem serm. græc. Christian. Jon. Werckmeijer,
Schenkies. Neo-March; admirationem & sapientiam & stultitiam parentem latine
Balth. Erdm. Heinßius, Tribell, omnium oculis exponent. Cumque iidem ado-
lescentes ingenio sane vegeto & humanissimi, isparuo omnes genere, quod ad
eorum commendationem addimus, sublimiora academia studia aggredi in ani-
mo habeant, Lehmannus vernacula; Werckmeisterus latina elegia; Heinßius
germanica oratione palmario annexa scholæ valedicent. Is de fe-
lici abitu elegia germ. non ineleganti de sapientissimo quoque sui circumscriptio-
re gratulabitur Jo. Sam. Pitsch, Hernstad. Sil. & nomos a Gottlieb Frideric. Ba-
gemühl Francof. ad Viadr. concinnatos musicisque numeris temperatos jo. Henr.
Breunig Loosf. Sagan. decantabit. Eares vt feliciter succedat, & vt candidati, qui
iustam missionem modeste & placide exspectare voluerint, deuitatis intelligentia
moribus, inter paradoxos facili nostri mores prosperum vitæ sine offendendi periculo cursum teneant, DVM precor. Vos autem Macenates, & qui
litteris ad bene de rebus suis sperandum iampridem signum fustulitis, dare,
quæso, breui temporis spacio aures paradoxis nostris acusmatris, & vel audiori-
tate vestra cruditati studiorum magis ac magis inualescenti medemini.

P.P. Sorauia in Lusatia a. d. XII. kal. mai. c. 1000XXVII.

* * *

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



A. u. Ω.

Vt

AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE

& qui eruditum puluerem attigerunt

SCHAEFERIANAE LIBERALITATIS PRAECONIVM,

item

PARADOXAS

DE VITIIS IN INTELLIGENDO FREVENTIBVS

declamationes,

nec non

Adolescentum humanisimorum & spectatæ indolis

BERNHARD. LEHMANNI,

Bescou. Luf.

JANÆ WERCKMEI-

RI, Schoenflies. Neo-March.

ARDMAN. HEINSII, Tribell. Luf.

curriculo umbratico in academias

studia sua translaturorum

es ad vale nobis dicendum comparatas

DEO dante, finitis sacris matutinis
benigne audiant,

pro eo ac decet, rogat

&

EXERCITATIONEM

IN PETRONII LOCVM

VDIS ROMANORVM STVDIIS

IN FORVM PROPVLISIS

præmittit

Jo. Gottfr. Zeiske,

rector lycei forani.

Sorauia, ita anno Rothiano.

Farbkarte #13

